



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Imolæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

FAVENTINA.

215

giore spatio antecelleret, dubium semper extitit.
Vixit annos LX.

Alta cadunt vitij, virtutibus infima surgunt.

IMOLAE.

ANDREAE FERRI ossa hic recondi, sat tibi, viator, dixisse; si, vt medicorū optimus, ita & philosophorum primus vndique nomen protulerit, hic inquam, puluis: Nam quod reliquum est in homine diuinitatis, coelo residet. felix iam viue, & vale. XII. Kal. Octob. M. D. XLV.

FAVENTINA.

IN FAVENTIAM IVL. CAES.
SCALIGER.

Pars magna Italia duro discrimine rerum,
Clara Faentino milite sceptrā capit.

Quod meruit decus inuictis Heluetius armis:

Quod conducta ferox Brennus ad arma fuit:

Hoc sumus: hoc fortis meruit vis ignea dextra,

Arbitrio cuius numina regna parant.

AD S. ANTONIVM.

CAROLI TRAVERSARII Canonici Fauent. ac huius Ecclesiae Rectoris: nec non Rotae Su. Palat. Apostolici causarum Notarij: & istius societatis sacratiss. corporis Christi institut. ac benefactoris corpus hic in strā iacet; anima verò eius in pace requiescat. Amen.

Vixit annos LX. diuersis & quamplurimis tribulationibus & persecutionibus semper laborās,

O 4 tan-